

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. ... Ad
Funus, quod Marito suo Viro ... Dn. Nicolao Geismaro, Secretario Urbico (des
Gewettes/ vulgo dicitur) eximie hactenus merenti, Hodie hora 1. pomerid. in
templo Mariano Lacrimis ac moeroribus mersa superstans Vidua, Feminarum
lectissima, Margarita Schnittlers/ parabit, Omnia Ordinum Cives Academicos
amanter officioseque invitat**

Rostochii: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448998>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.,

in N. Geismar.

Rostock. 1667.

47





45.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RU-
DOLPHUS *Redeker*/
J.U.D.P.P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil.
Consistorii Ducalis Assessor;
Ad Funus,
quod MARITO suo
IRO Eximio Eruditissimoque



D N.

NICOLA O
GEISMARO,

SECRETARIO Urbico (des Getwetzes)

vulgo dicitur) eximiè hastenus mereati,

Hodiè horā 1. pomerid. in templo Mariano

Lacrimis ac mōroribus mersa superstans VIDUA,

Feminarum lectissima,

MARGARITA Schüttlers/

parabit,

Omnium Ordinum Cives Academicos
amanter officioseque invitat.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr. Anno 1667.



Salutem, !

I humanae vitæ conditionem aliquantò intueare curatiū , fateb̄e, primo & ultimo die ipsam illam præcipue contineri. Enim verò plurimum interest , quibus auspiciis inchoes hæc tempora, quove tandem fine concludas. Ideoq; cum demum felicem fortunatumque arbitreris, cui & accepisse lucem prosperè, & reddere placidè contigerit. Medi temporis cursus, prout fortuna gubernaculum rexerit, modò aspero , modo tranquillo motu peragitur, spē semper minor, dum & cupidè votis extenditur, & fete fine ratione (ea nostra hominum est vel annata perversitas) consumitur. Sanè si bene eleganterque uti volueris, futurum est certè, uti etiam parvum amplissimum efficias, numerum annorum multitudine operum longissimè exsuperando. Alioqui quid admodum juvet aut prospicit, incertum morā gaudere, si exigere magis vitam, quam approbare. Hęc sententia: In quem hodiè commentandi publicitus non tam datur occasio, quam imponitur necessitas, VIR Eximius Eruditissimusque , Dn. NICOLAUS GEISMARUS, & bene capie, & bellè finit hæc secula; adeoque geminata inde natus est laudem, utramque sancte oppido eximiām, prin-

principemque. Sed verò etiam ipsa primam ultimamque horam interlabentia tempora sic transegit, uti & pietatis virtutumque laudabili studio, & cetero qui præstantissimum facinorum amplitudine ætatis annorumvè defectum præclarè compensarit. Historia V I R I , quam jamjam pertexenius, rem omnem luculentissimè edocebit. Natus est hic ROSTOCHI, celeberrimā Urbe & Academiā, Patre VIRO Spectatissimo Prudentissimoque, Dn. MICHAELE GEISMARO, Senatore & Camerario primario; Matreque Feminarum Clarissimā, BARBARA Schraders. Avus paternus fuit DN. NICOLAUS Geßmer / Senator itidem Rostoch. præstantissimus. Avia paterna, Tilsche Wessell eximia matrona. Avum maternum habuit DN. FRANCISCUM Schrader/etiam ipsum Senatorem eximè merentem: Aviam maternam, sexus fui insigne ornamentum MARGARITAM Siebrandes / hodiensem, DEI gratiā, superstitantem. Proavus ipsi paternus contigit Clarissimus Senator DN. MICHAEL Geßmer: Proavia paterna Tilsche Friesen ; ex antiquissimā FRISIORUM , quin vel patricia Gente oriunda. Proavum maternum nactus est Reverendum & Clarissimum VIRUM DN. M. LAURENTIUM Wessell / inito Universitatis hujuscē Professorem, postea verò Wismariensem Pastorem ornatissimum: Proaviam maternam, ANNAM Schmiedes / Amplissimi VIRI DN. BARTHOLDI Schmiedes / Reip. hujus quondam Cos. Germanam fororem. Neque reticeri profectò, sed primo quasi loco in Majoribus NICOLAI recenseri meretur VIR Amplissimus Excellentissimusque, Dn. WINHOLDUS Siebrandt / J. U. D. ac Serenissimæ Daniarum REGINÆ, SOPHIAE, Cancellarius olim gravissimus. Iste FUNCTI sanguis est, hæc e- jusdem origo, supra modum præstans ac præclara. Quim primùm lucem conspicaretur, & communis nobis omnibus, Originis scilicet sive vitio sive peccato, uti appellare suevimus

mus, attineretur, per sacrum divinæ aquæ fontem ab eâ sa-
be purgatus, Christianæque adeò Ecclesiæ membrum factus
est. Enim verò uti ita fieret, studiosissimè accurabant, quæ
ipsorum pietas est, PARENTES optimi. Qui nec dein quic-
quam intermisere eorum, quæ eximiæ rectæque educati-
oni servitura existimarentur. Ipsí profectò NICOLAO
honestissimam egregiamque mentem melior Natura attri-
buerat; adeoque jam tum $\Delta\pi\varphi\varsigma$ tenerisque id curatè
studebat idem, uti, quemadmodum excellentiā generis,
sic virtutum etiam virtæque claritudine antecelleret alios at-
que præstaret. Enim verò, quod jam alibi scribere, quin-
repetere identidem meminimus, certissimum est (neque
ignorabat NOSTER) nascendi sortem, generisvè præstanti-
am pejus cœno collini perversis moribus; parumque pro-
fectò natalium decus conferre lucis, nisi animus & vita de-
centior responderint. Ceterum dum in isto stadio curreret,
atque ita morum venustati operaretur, etsi ipsum rectior,
de quâ diximus, indoles, tamen multum & Præceptores ad-
juvabant, qui elegantiarum studium non modo præceptis
monitisque inculcabant studiosissimè, sed ad easdem etiam
suo ipsorum exemplo præibant viam. Hinc adeò siebat, u-
ti, sicut in speculo vultum, sic virtutum suarum haud ob-
scuram Imaginem in Filio jam contemplarentur Parentes
suavissimi. Ac quia omnis felicitatis nostræ fundamentum
basisque in pietate vera, atque orthodoxæ fidei cognitione
ponitur, iccirco non aliundè institutionis initia ducebantur.
Deinde procedentibus annis literarum quoque secularium
ad jungebatur eruditio, primò hec in patriâ; post OSNA-
BRUGÆ Westphalonum; eo enim abs parentibus missus hæc
fuerat conditione, uti integrum biennium in Scholâ celebrâ
commoraretur; fideliterque literarum fundamina jaceret.
Quo confecto tempore RINTHELENSEM invicere Acad-
miam

niām, ibidemque itidem hārere biennium, eorundem
suas parentum, visum est; non sine luculentissimo sanè stu-
diorum cùm quorumvis aliorum, tūm juris verò præcipue,
fructu atque incremento. Tandem in patriam adque Suos
reversus, Amplissimos DNN. PROFESSORES nostratis A-
cademiæ publicè privatimque jura legentes disputantesq;
gnaviter auscultavit. Anno seculi hujusc LIX (brevi ta-
men antè illud toto orbe tetrarum celeberrimum BELGI-
UM perlustrarāt) ab SENATU urbico uno, eoque pupilla-
ri; Anno LX. altero, & quidem des Gewettes dicto Secreta-
riatu honoratus est, & utramque spartam pereximiè orna-
vit. Anno LXVI. literis officioque etiam AMORES sociavit.
Neque enim ex numero deprehensus est unquam fuisse eo-
rum, qui VENERES justo impensis vel odissent, vel aver-
sarentur. DEO itaque præcipue rem ita disponente, neq;
verò etiam nolentibus suis, virginum elegantissimam, MAR-
GARITAM Schnitlers / Dn. JOANNIS Schnitlers / opti-
mi, planeque ad prisca Gentis Germanæ clarissimum exem-
plar efformati Senis, germanam Filiam, matrimonio sibi
juxxit. Quācum ita hucusque vixit certè, uti pax utrinque
stabiliretur, mutuaque benivolentiâ, studiis atque officiis
alter alterum demereret. Neque verò etiam improle fuit
conjugium; prodiit enim eo ex ipso scitissimus primo statim
anno Filiolus, Avo cognominis, MICHAEL; qui necdum
integrum quadrimestre superstans, statim cœlo suo, undè
venerat, redonatus est. Sed jam denuò, singulari divinâ
benedictione, fert uterum Vidua, paritura, dolor! post ma-
riti mortem, quem vivum novellâ prole exhilaraturam, a-
deoque damnâ, quæ in primâ utrinque fecerant, pensatu-
ram arbitrabatur. Quandoquidem partui audire datur jam
vicinam esse, rogamus D E U M , servare unâ cum
fætu incolumem velit, nec mœrori, quo utique extam re-
pentinâ

pentia insperataque VIRI sui neee, acerbissime gravissime
que attinetur, succumbere faciat. Ceterum è diverticulo isto
hoc in viam. Quum jam & studia, & officia bellè NICOLA
LAO succederent, quin & felicissimè Amores resq; conju
gii dare sese viderentur; omnem ubique cursum fitit ar
dentior febricula, quā hujusce Junii die VI. correptus est.
Non quidem videbatur initio periculi usque adeò multum
allatura; sed opinione citius sic dein accrebit morbus, uti
nemo jam amplius belli quicquam ominaretur. Nullis qui
dem parcitum sumtibus est, UXOR verò præcipue, ceu cu
jus caussa heic potissimum ageretur, procuravit quam stu
diosissimè, uti priscæ valetudini restitueretur Æger. Sed
omnia nequiequam. Enim verò vis mali longè fuit valen
tior, quam uti quidquam adversum ipsam parari remedii
quiet. Quin omnis etiam, quæ ceteroquin in MEDEN
TIBUS reponi spes fuevit, & abiisdem pariter sperari, per
tinacissime elusa est. Quum itaque, quo loco vel foret ipse,
vel res constituerentur suæ, probè NICOLAUS intelligeret,
nil neglexit eorum, quæ in salutem cessura suam arbitrabat
tur. Præparavitque adeò sese vitæ meliori, quando hujus
ce deterioris spes prorsus decollaret. Norat, lubensque
profitebatur, commisisse sese errores, dum in mortalibus
versaretur, nec unos, nec leves. Itaque uti animam hisce
ipsis exsolveret, princeps, veluit par erat, cura fuit. Hac
que fini accessendum curavit VIRUM pl. Reverendum Clas
sissimumque DN. JOACHIMUM LINDEMANNUM, Ar
chidiaconum Marianum præclarè merentem; qui peccato
rum, præviâ confessione seriâ, veniam, Divino nomine,
annunciaret, decubentique & propediem exspiraturo
cœlestia Corporis & sanguinis CHRISTI mysteria commu
nicaret. Quo quum in CLINICUM sacro functus foret
officio venerandus DEI Minister, non diu iste quidem super
vixit

vixit, sed aliquot diebus post (quos interlabentes singulari
animi devotione, clarissimisque constantia, pietatis ac pati-
entiae speciminibus, maximos licet inter cruciatus corpo-
risque dolores, transegit) mortalium excessit numero, pla-
cideque in DOMINO, sine ullo violentiori corporis motu,
quin omnibus sensibus integer (quod grande morientium
beneficium est) obdormivit. Qui VIRI casus rerum fortuna-
rumque humanarum vicissitudinem, quin vita etiam mun-
dana miram inconstantiam docere, si qui alius, aptus natus
est. Imo ad ipsos *Navigantes*, ceu quorum *instar* viventes
habeamus, commodissime nos ablegat. Enim vero sepe
numerò id accidere *Navis* adsolet, utitum etiam, ubi ma-
xime tranquillum est mare, turbo drepente aliquis subo-
riatur, qui deprehendat navem, nec tam concutiat quasset-
que, quam totam magè demergat; ne quicquam contra
nitentibus *Nautis*, & vastam hyemem avertere conatis;
quod incumbentis (italoqui jam lubet) satine necessitas plus
possit valeatque, quam omnis laborantium industria atque
contentio. Geminā certè in vita sepius humanā expetere,
frequentissimeque contingere cernas, ut, cum valemus
maxime, cum lateri pedibusque quam est optimè, subita-
nei mali vis ingruat, & simul medentium opem ac curam,
simul nosmet ipsos elidat atque evertat. Non est quidem
mirum aut novum profectò, hominem mori. Ea est enim
nostra nunc omnium conditio, uti non possimus non neci
subjacere: præcipue si incana capita, & longo senio inclina-
ti VIRI decesserint, nemo temere stupebit aut mirabitur. Illi
enim jam confecisse videntur spacio, esseque admoti ad
lineam illam, ultra quam porrigere cursum sit nefas. Ce-
terum habet tamen insoliti quid mirique, si, qui primā
aut adolescentē sunt ætate, aut quæ jam maximè sui plena-
cti (qualis NICOLA iterat nostri, ut qui saltē quinctūm fū-
grat

Supra trigesimum åtatis annum vivendo complerat extin-
guantur. Hisce enim præcipitari fata, cursumque vivendi,
justo, quam par erat, citius abrumpi, non absre, si quidem
Naturam respectes, existimaveris. Ceterum non temere
legem sibi figi mors patitur. Cui matura etiam sunt, quæ
vix jam nata. Nulla est DIRÆ istivel personarum vel tem-
poris consideratio. Nec habet prosector adeò, quod que-
ratur NICOLAUS vices suas, doleatque, florētissimā æta-
te abruptum è mortalibus, datumque atræ telluri esse. Ec-
quid enim diu, hodiè præcipue, vivere expetat? Quis non
gratuletur sibi magè, si tempestivè exire seculo tam malis-
gno, hominumque nunc tam perversorum negociis libe-
rari, atque adeò vitâ molestissimā exsolvi penitus detur?
Non itaque FUNCTI, sed superstitantis deploranda VI-
DUX magis est conditio. Hanc (denuò id precamur) so-
lari ipse DEUS, huic ipse esse Maritus, Pater Provisorque;
hanc vinculo denique, quo constringitur, ubi hora adven-
tarit, benignus propitiusque liberare dignetur. Nos finimus
Commentationem, utque eximio VIRO frequentes eant
exequias, CIVES ACADEMICOS, cujuscunque
sint ordinis, officiose rogamus.


P. P. Rost. sub Sig. Rect. 21. Junij
Anno 1667.







vixit, sed aliquot diebus post animi devotione, clarissimisque specimini bus, maximos risque dolores, transgit) mor eideque in DOMINO, sine ulli quin omnibus sensibus integer beneficium est) obdormivit. Quorumque humanarum vicissitudinæ miram inconstantiam do est. Imo ad ipsos Navigantes, habeamus, commodissimè nos numerò id accidere. *Nauitis* ad maximè tranquillum est mare, tu siatur, qui deprehendat navem que, quam totam magè denuntientibus *Nautis*, & vastam l quod incumbentis (italoqui ja possit valeatque, quam omnis contentio. Geminæ certè infrequentissimeque contingere maximè, cum lateri pedibusque mali vis ingruat, & simul n simul nosmet ipsos elidat atque mirum aut novum profectò, ha nostra nunc omnium conditio, subjacere: præcipue si incana cati VIRI decesserint, nemo temer enim jam confecisse videntur. S lineam illam, ultra quam porr terum habet tamen insoliti qui aut adolescentे sunt ætate, aut est (qualis NICOLA) erat nostra



the scale towards document

Patch Reference Chart TEXAS Serial No. 0124

Image Engineering Scan Reference Chart UTT

mm

Inch

10

15

20

25

30

35

40

45

50

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145

150

155

160

165

170

175

180

185

190

195

200

205

210

215

220

225

230

235

240

245

250

255

260

265

270

275

280

285

290

295

300

305

310

315

320

325

330

335

340

345

350

355

360

365

370

375

380

385

390

395

400

405

410

415

420

425

430

435

440

445

450

455

460

465

470

475

480

485

490

495

500

505

510

515

520

525

530

535

540

545

550

555

560

565

570

575

580

585

590

595

600

605

610

615

620

625

630

635

640

645

650

655

660

665

670

675

680

685

690

695

700

705

710

715

720

725

730

735

740

745

750

755

760

765

770

775

780

785

790

795

800

805

810

815

820

825

830

835

840

845

850

855

860

865

870

875

880

885

890

895

900

905

910

915

920

925

930

935

940

945

950

955

960

965

970

975

980

985

990

995

1000

1005

1010

1015

1020

1025

1030

1035

1040

1045

1050

1055

1060

1065

1070

1075

1080

1085

1090

1095

1100

1105

1110

1115

1120

1125

1130

1135

1140

1145

1150

1155

1160

1165

1170

1175

1180

1185

1190

1195

1200

1205

1210

1215

1220

1225

1230

1235

1240

1245

1250

1255

1260

1265

1270

1275

1280

1285

1290

1295

1300

1305

1310

1315

1320

1325

1330

1335

1340

1345

1350

1355

1360

1365

1370

1375

1380

1385

1390

1395

1400

1405

1410

1415

1420

1425

1430

1435

1440

1445

1450

1455

1460

1465

1470

1475

1480

1485

1490

1495

1500

1505

1510

1515

1520

1525

1530

1535

1540

1545

1550

1555

1560

1565

1570

1575

1580

1585

1590

1595

1600

1605

1610

1615

1620

1625

1630

1635

1640

1645

1650

1655

1660

1665

1670

1675

1680

1685

1690

1695

1700

1705

1710

1715

1720

1725

1730

1735

1740

1745

1750

1755

1760

1765

1770

1775

1780

1785

1790

1795

1800

1805

1810

1815